Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8225
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ista q̄ illa in capitulo precedenti quia plus habet de planetis.

De Ge. ve. mer. et luna

Cum venus mercurius et luna intrant in domo geminorum tunc faciunt hanc figuram a. d. d. et a. deuincit quinquagesimum calor et non per huiusmodi et ideo infortunata est a. pro medietate et dicitur quod per huius infortunium sunt aliqui homines paralitici in aliqua parte corporis et in illa que est magis calida per naturam vz in parte dextra.

De Ge. et mercurio

Cum mercurius intrat in geminis tunc fit hec figura vz a. tiii.oo et est constellatio bona et intensa et ideo illi qui nascuntur in illa constellatione perseuerant in sua bona fortuna et per naturam filios et non filias habent faciunt

De Ge. mer. et luna

Cum mercurius et luna intrant in domo geminorum tunc faciunt hanc figuram a. d. et quia mercurius est amicus de a. et a. vincit per se ipsum d. est a. rex per ii.as naturas et d. duabus viabus deuincit et ideo per huius constellationem duo homines debent vnum deuincere

De Ge. et luna

Cum sola luna intrat in geminis tunc faciunt hanc figuram s. a. d. et constellatio est per bonitatem domus lune. Diximus ~~[illegible]~~ de geminis et naturam ordinis geminorum et quid habent in ipsis planetis vnde astronomi cognoscere possunt rationes que requiruntur ad iudicia astronomie.

De Cancro et Saturno.

55